



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Patronus quomodo definitur

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

pagere a beneficio. ut aliquē legere de beata virgine vel de aliquo sancto
propter hoc talis non redditur symoniacus

¶ Ultimo notandum. quod beneficium est duplex. nā quoddam est curatum. et quoddam
viam non est curatum. modo quicumque petit pro beneficio curato pro se vel pro alio ille
reddat symoniacus. Si autem illud beneficium non est curatum. tunc licite potest petere
pro se vel pro alio. sic quod non incurrit symoniam

.i. vix collatorē donavit

Contra patronum tibi si dedit ecclesiam quis

.i. tu debes resignare .i. prohibitu inuenio

Non maneat in ea. tua nolo sit hec violenter

.i. monachis. .i. aliquis

Est symonia gravis summam si fratribus vllam

summā pecunie

Das spe prebende. vel si promittis eandem

Totum restitue symonis quod adeptus es arte

¶ Sic auctor ponit alium casum de symonia dicens. si aliquis promoueret ad aliam
quam ecclesiam vel aliquod beneficium inuito patrono. .i. vero collatore illius ecclesie
vel beneficii. ille non debet manere in illa ecclesia violenter. Subdit. gravis est symonia
si quis aliquibus hominibus det summam pecunie vel aliquid munus sub spe accipendi
rendi prebendam. et vnusquisque tenet restituere quod symoniacè adeptus est

¶ Pro quo notandum circa lram. quod nullus debet retinere ecclesiam vel aliquid
quod beneficium contra voluntatem patroni. .i. veri collatoris. Cuius causa est. quia alius
promitteret rapinam. quod sic patet. quia ipse inuito domino tractat res alienas. et ideo
talis grauiter est puniendus

¶ Secundo notandum. quod qui dat aliquid munus aliquibus superioribus ut ipsi recipiant
eum in partem. et sibi assignet certam prebendam. talis est symoniacus. et
si prebenda sibi est assignata debet eam resignare. et de peccatis satisfacere. aliter
eterna damnationem incurret

¶ Tercio notandum. ex quo hic dicitur de patrono. Patronus sic definitur. est
ille qui habet potestatem presentandi clericum ad aliquod beneficium. quia dicitur regula iuris
Patroni interest presentare. episcopi autem recipere

¶ Quarto notandum. quod ex tribus aliis potest fieri patronus Primo quia potest conferre
certum beneficium. Secundo quia fundauit ecclesiam. Tercio quia ipse promissit conferre
ecclesiam. Pro quo nota. quod ad patronum duo requiruntur. scilicet aliquid honoris. et aliquid oneris
honoris. et aliquid oneris Primo requiritur aliquid honoris. quia sibi debet utilitas. nā
si fuerit de pauperibus. tunc iste beneficiarius ab eo tenet eum recipere et sibi pro
uidere de necessariis. Secundo debet sibi aliquid oneris. quia talis patronus debet
posse ipsi beneficio. et istud defendere ab inimicis.

¶ Quinto notandum pro modo dubij. vix ius patronatus possit alienari
Ridet quod ius patronatus alienatur pluribus modis. Primo per hereditariam
successionem. ut si pater moriatur et habuit aliquid ius patronatus. istud per hereditariam
successionem transferretur ad filium. Secundo alienatur per venditionem tali modo. quia si terra
ciuitas vel villa vendatur. tunc ius patronatus transferretur cum ciuitate vel villa
vendita. quia specialiter et pro se vendi non debet. eo quod est annexum spirituali. Tercio